

CLARIORES⁺¹
IVRIS CAESAREI
APICES

IACOBI GALLI NEAPOLITANI
I. V. D. CELEBERRIMI

Comitis Palatini, & Equitis meritissimi.

*Primarij Vespertinis horis in Patrio, Messanensi,
necnon Patavino Gymnasio interpretis
acutissimi.*

IN QVIBVS
Germani selectarum Legum intellectus, & difficiliora
Prudentum responsa maxima ingenij perspicacitate
enucleantur, ac copiosæ in præcipuas Leges
repetitiones exponuntur.

QVVS
Cunctis Iurisprudentiæ alumnis, tam in Foro versantibus,
quàm publicas Academias colentibus perutile,
iucundum, & necessarium.

GEMINATO INDICE ILLVSTRATVM.



NEAPOLI, Apud Octavium Beltranum. MDCXXIX.

Superiorum permissu.

SANCTISSIMO, AC BEATISSIMO

DOMINO NOSTRO

DOMINO

VRBANO VIII.

PONT. OPTIM. MAXIM.



N tuus ille iam rediuuius
Gallus prodit, & canit,
Sanctissime Pater, tuis
quidem augustis planè
auspicijs, teq; nuper sum-
mo æthere sacro demis-
so Principe ad terras super æthera effe-
rendus; Quin Sol Ecclesiæ affulxisti Or-
bem immenso iubare, & vitali femine
complens, cui nascenti cæli Aues meli-
cis concentibus præcinant, sed iugiter
statis horis tibi iam Sacer Gallus, siuè
orienti, siuè propinquanti numquam ta-
men occidèti hilaris plaudensq; module-
tur, Sed quid mirum, extinctum iam pri-
dem tuum hunc Gallum nūc nouus Prin-

A 2 ceps

ELENCHVS LEGVM,

ac rerum, quæ in hoc opere explicantur.

- O**rationis compendio Materia in hoc capite explicatur Compensationis. Et obiter quid Dicis, causa significat. pagin.
- L.** Inuitu, ff. de Seruit. Urbanor. Prædior. benè explicatur. 3
- Ad l.** si Mensor ff. Si mens. fals. mod. dixer. optimus sensus adaptatur.
- Ad l.** Mandatum in titul. Mandat. datur verus intellectus. 4
- Expenditur text.** in l. cum vulgari modo ff. de Dote Prælegata.
- L.** cum furiosus ff. De Iudicijs explicatur diligentissime. 11
- Ad l.** Vsufructuarius ff. de Vsufruct. verus sensus traditur.
- L.** Qui sella ff. de seruitut. Rustic. egregiè expenditur. 15
- Ex Epistola Iustiniani Augusti ad Antecessores De Pandectarum, & Digestorum nomine.** 16
- L.** item fundi §. Seminarij. de Vsufruct. explicatur optime. 27
- L.** Cum precario ff. de Precar. rectè declaratur. 29
- De Vero Sensu §.** Vbi Decret. in l. nec quisquam ff. de offic. proconsul. 32
- In eadem l.** illicitas §. Qui vniuersas ff. de offic. Præsidis. 34
- Ad l.** illicitas §. ne tenuis Vitz homines ff. de offic. Præsid. 37
- Disputatur hoc capite quo iure prodierit legitima debita Filijs, Nepotibus, Parentibus, & Fratribus.** 39
- Quo titulo Relinqui debeat legitima.** 46
- Describitur quærela inofficiosi testamenti.** 48
- Declaratio vera eius quod Interest. Præter vulgo receptam Doct. opin.** 62
- Explicatur, quid sit petere id quod interest nominatum, vel innominatum.** 68
- Disputatur num interesse latine pro eo quod interest dicatur.** 64
- Agitur hoc capite de nominatis, & innominatis contractibus, & dandi, & faciendi, & quomodo in eis detur obligatio ad id quod interest cum suis rationibus.** 65

V I T A
IACOBI GALLI
A FRANCISCO ANTONIO

PVRPVR A. L. C. NEAPOLITANO

Illius olim Auditore scripta.



IACOBI Galli nostra aetate Iure consultorum sine controversia principis vitam memorie proditurus, operae praetium duxi, illius genus, ac majores paulo altius repetere, ut omnes intelligent tanto viro vetusti generis claritatem, ac nobiles natales minime desisse. Gallorum Familia est Picenunorum celeberrima, ac nobilissima Urbe Amalphitanae Beatissimi Apostoli Andreae sacri corporis cultu illustri, ac Neapolitanae, ne dicam Regni uniuersi ferè nobilitatis seminario initium ducit: licet, si primam illius originem spectes, Romanam urbem parentem agnoscat. Etenim constat inter omnes Amalphitanam Republicam olim clarissimis viris, opibus, variisque commercijs cum remotissimis, ac longè distitis nationibus, & gentibus imprimis nobilem, classeque florentem, eodem ferè tempore cum peracerrima Venera Republica, non isdem tamen post urbem à Barbaris captam, parentibus natam, & rerum felicitate, ac successu disparem. Etenim illa non amplius circumscripta finibus proximi Principum armis vexata nequijt Imperium latius proferre, & interinis demum acta discordijs de potentia, qua plurimum antea

B

polle:

IACOBI GALLI
IVRISCONSULTI
NEAPOLITANI

Comitis Palatini, & Equitis,

Explicationes nonnullarum Legum,
Digestorum, & Codicis.



*Orationis compendio Materia in hoc capite
explicatur Compensationis.*

Et obiter quid Dicit, causa significat.



N causa commodati compensa-
tioni locum non esse certissimi-
iuris est l. vltima cum compari-
bus, C. de compensationib. Sed
res ipsa reddenda est qualiscumq;
sit & hoc Iulius Paullus scribit li-
bro secundo sententiar. in titul.
deposit. & Iustinian. in l. penult.
C. deposit. & habetur et in d. l. vlt. & in §. in bonæ fidei
Instit. de action. In ceteris oibus alijs causis si liquida sine
debita compensationi locus est ex pari videlicet specie
quæadmodū Paullus dicto lib. 2. explicat titul. de pigno-
rib. Pares autem species nullæ sunt inter se, nisi quæ nu-
mero pondere, vel mensura constant, igitur talium dum-
taxat specierum fit compensatio, corporum potest esse

A

reten-